



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 1. Nomen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

## LIBER PRIMVS.

*De Germaniâ Antiquâ cum Regionibus Germaniâ  
postea adiunctis.*

## CAPVT PRIMVM.

*De Antiquâ Germaniâ in genere.*

§. I. *Nomen.*

**P** R I M V M incolarum eius nomen est THEVTISCI, non à Teutonibus populis qui Danicas Insulas coluerunt, sed à voce *Theuth*, quæ veteri linguâ Germanicâ *Deum* sonat, vt probat Cluuerius.

*Secundum* GERMANI, quod concessum est primùm iis populis, qui Rheno transgresso dixerunt se *Tungros*; hoc enim Galli linguâ suâ dixerunt *Germanos*, hoc est *viros militares*, vt diximus in Belgicâ. Quod autem quidam sic dictos volunt à Romanis, quasi essent Gallorum *Frates*, minimùm hallucinantur.

*Tertium* CELTÆ, quo nomine non tantùm dicti sunt ab Antiquis *Galli*, sed & *Germani*, vt pluribus doctissimè probat Cluuerius. Lipsius quidem voluit nomen Germaniâ vicissim Galliâ concessum esse, sed rectè confutatus est ab eodem Cluuerio cap. x. lib. i. Germaniâ Antiquâ.

§. 2. *Quantitas.*

Hos Germaniâ terminos assignat Tacitus. Separantur à Gallis, Rhatibus, atque Pannoniis Rheno, & Danubio Fluiuis; à Sarmatis, Dacisque mutuo metu, aut Montibus separantur; cætera Oceanus ambit &c. per montes intelligit Sarmaticos, & Carpathem: vbi sit constituendus locus mutui metus dicemus in Sarmatiâ.

Non dissententur tamen doctissimi Geographi Antiquis, & posterioribus temporibus Vistulam Fl. seu Vistillum fuisse Germaniâ

A ij